UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

2 uideat, quia † prohibitum ad tēpus dicitur permiſſum poſt tempus, arg. l. ſi ita quis. ff. de vulg. & pupil. & l. cū prætor. in princ. ff. de iudic. Præterea ex pacto dicitur ipſi locatori prohibita venditio, ergo alio titulo alie-
3 nare poterit, quoniam † uerba pacti, & ſtipulationis ſtrictè, & propriè debent intelligi l. quicquid aſtringē dę. ff. de uerb. oblig. propriè autem, & ſtrictè uenditio dicitur, quando quis pro certo pretio rem tradidit, ut in l. 1. ff. de contrahen. empt. l. fi. C. de prædiis curial. & Abb. in cap. potuit. in 6. colum. extra de loca.

¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus contrariū in caſu noſtro uerius eſſe arbitror, in quo prius conſiderā-
4 dum eſt, † ꝙ locator, qui rem ad certum tempus locauit, rem quandocunq; alienando, durante locatione, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue iuxta finem, tenetur conductori non ad præſtandam ei aliam domum ſufficientem, ſed ad totale ipſius conductoris damnum, & intereſſe, & quandoq; ad intereſſe lucri, quod ex locatione percepturus erat, ut in d. l. ſi fundum. d. l. ſi merces. §. 1. iuncta l. ſi in legē. §. colonus. & l. ſi fundus. ff. locati. & per Alexand. in d. l. ſi filio. §. ſi uir. & quia intereſſe difficulter probari ſolet, idcirco cautela adhiberi conſueuit, de qua per Alexand. & alios in d. l. ſi filio. in fin. 2. colum. item ſolent certæ pœnæ apponi, ut Inſtit. de uerborum obligat. in §.
5 non ſolum. Modo † cum in terminis noſtris fuerit inter locatorem, & conductorem pacto conuentum, quòd locator non poſſit rem locatam ante quinquēnium uendere, & caſu, quo illam uenderet, teneatur conductori aliam domum ſufficientem præſtare, ex hoc non ſequitur, quod poſt quinquennium data fuerit ipſi locatori licentia rem locatā ſimpliciter alienādi, & uēdendi taliter, ꝙ locator ad aliquid ipſi conductori præſtandū nō teneatur, quinimmò hic caſus dicitur à contrahentibus omiſſus, & ideò remanet ſub diſpoſitione iuris cōmunis, arg. l. cōmodiſſimè. cum ſimilib. ff. de libe. & poſth. ut alienando poſt quinquēnium locator ſit obligatus non ad aſſignandum conductori domū ſufficientē, prout conuentum fuit in caſu, quo ante quinquenniū alienaret, ſed ad intereſſe, & dānum ipſius conductoris, prout regulariter, & de iure cōmuni locator tenetur, rem locatam quandocunq;, durante locatione, alienando, ut in iuribus
6 ſupra allegatis, & hoc ſuadetur, qm̄ † pactum factum contra naturā locationis in dubio debet intelligi, & interpretari ſecundum regulas iuris cōmunis, & ſecundum quod eſt de natura locationis, ut minus illi, & regulis iuris de locatione loquentis præiudicetur. l. quęro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. ita ſtipulatus. ff. de uſuris. Hoc ergo pactū, ꝙ nō liceat locatori rem locatam ante quinquennium uēdere, & caſu quo uēderet, teneatur domū ſufficientem pręſtare, debet intelligi, ut iuri communi, & naturæ locationis minus
7 præiudicet, † & conſequēter ꝙ in caſu, quo poſt quinquennium uenderet, & alienaret, ipſe locator teneatur, prout de iure cōmuni tenetur, uidelicet ad intereſſe, & quandoq; etiam ad lucrum iuxta ea, quæ habētur in d. §. colonus. cum ſimilibus ſupra allegatis, & aliter dicendo cōtingere poſſet, quòd conductor indebitè ex alienatione poſt quinquēnium facta dānifi-
8 caretur, & † ne quis dānū indebitè patiatur, fit interpretatio, quæ aliàs fieri nō deberet, arg. not. per Bart. in l. fi. ff. de ferijs. in 2. col. & c. ſuggeſtum. cum c. præcedenti. de decimis. ¶ Non obſtant in contrarium allegata, & in primis, ꝙ ex pacto uideatur data licentia alienandi impunè poſt quinquēnium, quia in primis
9 reſpondetur, † hoc inferri ex uerbis pacti à contrario ſenſu, uidelicet ꝙ ex quo pacto fuit conuentum, ꝙ locator non poſſit ante quinquennium uendere, inferri uidetur à contrario, ꝙ poſt quinquennium ſit con-
10 ceſſum, † quod argumētum à contrario, ſeu ... uerbis ſumptū nō debet ſumi cōtra id, quod ... cōmune, uidelicet ꝙ locator ad intereſſe tene... rem locatā durante locatione alienat, argume... rum, quę uolunt doc. in l. 1. §. huius rei. ff. de ... cui mād. eſt iuriſd. gl. in clem. j. §. 1. & ibi Card. de ...
11 tent. excom. Præterea, & ſecundo † hoc argu... ita non debet ſumi, ex quo dānū, & præiudic... conductori inferretur per ea, quæ uoluit Ca... ment. 1. de iudæis. & per doct. in d. l. 1. Ter... deo, ꝙ ex pacto dicitur actum inter partes ... quēnium locator alienare nō poſſit, & c... naret, locator teneatur præſtare conduc... ſufficientem. A contrario ergo ſenſu ex ... pacto inferretur, ꝙ ſi locator poſt quinque... uerit, ipſe nō teneatur, nec teneri debeat ... domū, prout in pacto, & hoc modo, argum... ptum à cōtrario ex dicto pacto procedere po... pter hoc tñ nō infertur quin locator debeat ... eſſe, & dānum conductoris teneri, prout de ... muni tenetur, ueluti ſupra dixi, & hæc eſt ... pacti intelligentia per ſupradicta. ¶ Non obſt... iuſmodi pactum debeat intelligi de alienatio... ex uenditione fieret, & non de alia, quæ ex ali... fieret. Quia ɔ̃rium eſt uerius, ꝙ immò ſit int... dum de omni alienatione, per quam domini... ferretur, & per quam conductor poſſet à re c... expelli, & ſic in quolibet caſu, in quo ſucceſſ... laris colono ſtare nō teneret̃ iuxta l. empto... not. C. loca. & per Alex. & alios in l. ſi filio ... ff. ſolu. matrim. quod confirmo ex uerbis ipſi...
12 † in quo ſimpliciter fit mētio de uenditione ... cōmemoratione pretii, quo caſu appellatio ... tionis oĩs actus, per quē dñium transferri po... tur. l. ſicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig. ... utit. & ibi Bar. iūcta l. fi. C. de præd. curia. lib. ... per Abb. in d. c. potuit. & maximè cū reſpe... ɔductoris, & intereſſe ſui eadē ratio militet ... bet alienatione, per quā cōductor à ſingulari ... ſore expelli poſſit, nā tūc uēditionis appellati... bet alienatio ɔtineri dēt, ut ĩ d. §. uēditionis ... ibi per glo. allegatis, & l. ſtatu liberi. in fin. ff. ... lib. & ita de iure uerum eſſe cenſeo. Laus D...

S V M M AE.

1 *Locator propter iuramentum præciſè ad rem, & ... conductor cum effectu re uti, & frui poſſit, præſta... Contra num. 5.*

2 *Iuramentum operatur, ut obligatus ad factum teneatur ... facere, nec offerendo intereſſe liberetur, & quando ... ſit, num. 8. & 14.*

3 *Argumentum de locatore ad uenditorem, & è contra ...*

4 *Venditor, & locator habens facultatē rei tradēdæ præciſè ... dendū cogitur, & quādo hoc verū ſit, & quando ſo... tereſſe liberetur, etiam ſi conuenta obſeruare iur...*

5 *Locator pręciſè ad præſtationem rei non tenetur, ſed ... offerendo ſoluere damna, & intereſſe liberatur.*

7 *Iuramentum non in plus, ſed efficacius obligat.*

9 *Iuramentum non ſemper obligat præciſè, ſed intelligitur ... vt regulis, & diſpoſitioni iuris conueniat.*

10 *Locator, qui in caſu uenditionis rei locatæ conuenit ... na, & intereſſe, aliàs ad pœnam, & iurauit omnia ... obſeruare & adimplere, in caſu alienationis ſoluendo ... & intereſſe liberatur.*

11 *Iuramentum generaliter in inſtrumento appoſitū reſtring... limitatur, ſecundum quod conuentum fuit etiam ſpecia...*

12 *In locatione rei communis, ſi ſocius eam cum eiſdem pactis ... cere uelit, omnibus alijs extraneis eſt præferendus.*

13 *Poteſt etiam, ſi locationi non interfuit, impedire, ut res ... vnà cum patientia vtendi, & fruendi præſtetur.*

14 ...

14 *Iuramentum debet præciſè adimpleri, quando commodè poteſt adimpleri.*

15 *Iuramentum ſemper intelligitur, ut ſit ſeruandum omni meliori modo, quo fieri poteſt.*

16 *Dolo facere non dicitur locator rem locatam alienando, quando ex pacto ſoluendo intereſſe rem alienare ſibi permiſſum fuit.*

17 *Promittens factum alienum etiam cum iuramento, ut quòd quis ratificabit, ad quid teneatur, & quid faciendo liberetur.*

18 *Clauſula, quòd pœna comittatur, rato manente pacto, quid operetur.*

19 *Promiſſio generalis cum iuramento facta locum non habet in caſu ſpecialiter prouiſo.*

EPITOME.

Si in locatione fuit expreſsè conuentum, ꝙ locatores ad præiudicium locationis factæ rem alienare non deberent, & in caſu alienationis tenerentur ad damna, & intereſſe, aliàs ad pœnā conuentam, & omnia, & ſingula obſeruare, ac adimplere cum iuramento promiſerunt ſub pœna, & ꝙ pœna cōmittatur, rato manente pacto, alienatione ſequuta, locatores ſoluendo damna, & intereſſe, uel pœnam conuentam liberari, nec ad rem, & patientiam præſtandam, ut cōductor cum effectu re uti, & frui poſſit, præciſè teneri, nec cogi poſſe, hic demonſtratur.

CONSILIVM CXXXVII.

In præſenti cauſa præſupponendum eſt, ꝙ do. Camillo ſolum commiſſus fuit articulus, an do. Antonius, & fratres, qui Raynaldo locauerunt, prout in inſtrumēto mihi exhibito habetur, & poſtea ante initium locationis rem locatā uendendo alienauerunt, illamq; emptori tradiderunt, præciſe, obligati ſint habere, & præſtare conductori pacientiam, ut re locata uti, & frui poſſit, & ita facere, ut rē illi ad hunc effectū præſtēt, an uero ſolū ad damna, & intereſſe ipſius cōductoris, aliàs ad pœnā conuentionalem teneantur. In quo uideretur
1 primo aſpectu dicendū, † ꝙ præciſè teneantur ad rei, & patientiæ pręſtationē, ut conductor cum effectu re uti, & frui ualeat: & hoc propter iuramentū, quod dicitur obligationi facti appoſitum, cū locator ad factū ſolū, & non ad ius teneatur. l. ex conducto. ff. loca. nec teneatur etiam ad transferendū dominium, nec poſſeſſionē. l. nō ſolet. & ibi Bar. ff. eodem. & Bal. in l. em-
2 ptorem. C. eodem, nam † iuramentū operatur, ut is, qui ad factū tenetur, quãuis regulariter ſoluēdo intereſſe liberetur. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab alio. in fi. ff. de re iudica. cū aliis, tamen propter uires iuramenti, quæ fuit, ut quis pręciſè, & ſimiliter teneatur, & non per æquipollens. c. ad noſtram. il 2. extra de iureiuran. obligatus ad factū pręciſè teneatur facere, nec offerendo intereſſe liberari dicatur. d. c. ad noſtram. & eſt gloſ. ſingularis in l. ſi
3 pecuniam. ff. de condic. ob cauſam. Pręterea † procedit argumentum de locatore ad uēditorem, &ècontra. l. 1. ff. de contrahen. emptio. & l. item ſi pretio. in
4 fi. ff. locati. Sed † uenditor, quando rei tradendę facultatem habet, pręciſè cogitur tradere. glo. ſingularis crebro recepta. in §. item pretium. per illum tex. Inſtit. de empt. & uendit. quā ad hoc allegant Bar. Alex. & alii in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. ergo idem de ipſo locatore dicendum eſt, & tāto magis hoc eſt in caſu occurrenti cōcludendū, in quo locatores omnia iurauerunt obſeruare per pręedicta. ¶ Sed his omnibus non obſtantibus, ꝯrium eſſe uerius exiſtimo,
5 † ꝙ nō præciſè rem, & patientiam pręſtare teneantur, ſed ſoluendo, ſeu offerēdo ſe ſoluere dāna, & intereſſe liberentur, ut in indiuiduo uoluit Aym. Crauet. in ſuo cōſi. 12. Secūdo hoc confirmat̄ ex doctrina Bald. in l. unica. col. pen. C. de ſenten. quę pro eo, quod intereſt, qui unà cum glo. in d. §. item pretium. cōcludit,
6 † ꝙ uenditor, qui rei tradendæ facultatē habet, præciſè cogitur tradere, ſi cōmodè poteſt, ergo ſi non poſſet cōmodè, ut quia tradendo pœnam, ſeu incōmodū incurreret, uel rei tradendæ facultatem non haberet, tunc præciſè non cogitur, ſed ſoluendo intereſſe liberaretur: hoc idē ſequitur Bar. Alex. & alii magis communiter in d. l. ſtipulationes. in 8. q. etiam ſi uenditor
7 conuenta obſeruare iuraſſet, ut ibi per Alex. qm̄ † iuramētū nō obligat in plus, ſed efficacius Alex. & Iaſ.
8 in l. ſed & ſi quis. §. queſitū. ff. ſi quis cautio. & ideò † iuramentum operabitur, ꝙ in caſu, quo quis facultatē faciendi haberet, ꝑciſè teneatur, licet in caſu, quo nō eſſet iuratū, ſoluendo intereſſe quis eſſet liberandus, qn̄ uero quis non poſſet facere, nec facultatē faciendi haberet, tunc præciſè non cogitur, ſed ſolū ad intereſſe tenetur. d. l. ſtipulationes nō diuiduntur. & d. l. ſi quis ab alio. in fi. ēt ſi iuratum fuiſſet, qm̄ iuramentū ad impoſſibilia non obligat. c. impoſſibilium. de reg.
9 iur. in 6. & † non ſemper iuramentū præciſè obligat, ſed intelligitur in dubio, ut regulis, & diſpoſitioni iuris conueniat. c. ad noſtrā. il 3. de iureiur. l. fi. C. de non numera. pecu. c. petitio. de iureiur. & facit l. quæro. §. interlocatorem. ibiq; Paul. Caſtr. per illum tex. ff. lo-
10 cati. ¶ Tertio, † ꝙ locatores in hoc caſu præciſè non teneantur, ſed ſolum ad damna, & intereſſe, cōſtat ex conuentis in inſtrumento locationis, quia in caſu uēditionis rei locatæ conuenerunt, ꝙ locatores tenerētur ad damna, & intereſſe, aliàs ad pœnā cōuentam: prius ergo patientiā habere, & non alienare tenētur, ſecundo, ſi cōtingeret alienationē fieri, ad damna, & intereſſe, & tertio, ſi dāna, & intereſſe ſoluere nollēt, ad pęnā conuentā tenerentur: cumq; locatores iurauerint oīa, & ſingula obſeruare, & adimplere, dn̄r ſe cū iuramento obligaſse in caſu ſpeciali alienationis, ꝙ poſſit ſolui intereſſe: ex quibus clariſſimè cōſtat, locatores ꝑciſè non teneri, tū quia non poſſunt ꝑciſè facere, tū quia fuit expreſsè conuentū in caſu alienationis, ꝙ locatores poſſint ſoluere dāna, & intereſſe: &
11 † iuramentū generaliter appoſitū in inſtrumento reſtringitur, ac limitatur, ſecundū quod conuentū fuit ēt ſpecialiter, quia per illud quis in plus non obligat̄, quam fuerit conuentū, ut uolunt ſcriben. in d. §. quæſitū. ¶ Ex alio ēt clariſſimè cōſtat, ipſos locatores nō poſſe præciſè teneri ad rē, & patientiam conductori præſtandā, nā res locata erat plurium fratrū pro indiuiſo cōmunis, quorū aliqui illā locauerunt vno ex eis abſente, & ignorante, qui quam primū ſciuit, noluit
12 locationē ratificare, † ſed potius inſtetit, ac petiit, ꝙ ipſe rem illam cum eiſdem pactis conducere intendebat: quo caſu extraneo præferendus uidetur per id, quod uoluit Soci. in conſi. 58. lib. 4. & argumento ſtatuti huius ciuitatis de rerum cōmun. aliena. arguendo de ꝯctu emptionis ad ꝯctum locationis: quod argumētū uidetur procedere per ſupradicta. Rurſus & ſi ille frater nollet conducere, ſed ſolum contradicere, apparet adhuc alios fratres locatores nō poſſe præ
13 ciſè facere, & cōſequēter nec ad hoc cogi poſſe: † qm̄ cū ille frater rem cōmunē pro indiuiſo cū aliis habere dicatur, ſequitur, ꝙ in qualibet minima parte, & in quolibet ceſpite ipſius rei partē ſuam habere cēſetur, & propterea tranſlationem rei in cōductorem impedire poterit, cum tranſlatio alicuius partis res fieri nequeat, quin etiam de parte illius fratris fieri dicatur, & ideò poteſt talem tranſlationem impedire, quia id, quod noſtrū eſt, ſine facto noſtro in alium transferri non poteſt. l. id, quod noſtrū. ff. de reg. iur. & in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. māda. quo fit, ut ratione incertitudinis rei, & quottę, inui-

inuito illo fratre, rei aſſignatio, & tranſlatio in cōdu-
ctorem fieri, & patientia præſtari non poſſit, arg. l. 3.
§. incertam. & l. locus. cū ibi not. per Bar. Soci. & alios.
ff. de acqui. poſſeſ. ¶ Non obſtat, ꝙ iuramentum præ-
ciſè quem ad factum obliget. glo. in l. pecuniam. ff. de
14 condic. ob cau. quia reſpondetur, † illud uerum eſſe,
quando is, qui factum promiſit, facultatem faciendi
habuit, & ita loquitur illa glo. ſecus ſi amplius facere
non poſſet, quia iuramentum non obligat ad impoſ-
ſibilia, & tunc præciſè debet adimpleri, quando com
modè poteſt adimpleri, ſicut dicitur de uēditore per
doctrinam Bal. in d. l. unica. col. pen. ut ſupra dictum
15 eſt: item † iuramentum ſemper intelligitur, ut ſit ſer-
uandum omni meliori modo, quo fieri poteſt. l. cum
pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Alex. & alii in l. 1.
§. ſiquis ita. col. 3. ff. de verb. obli. ergo ſi præciſè adim
pleri non potuit, ſed ſolum certo modo, puta ſoluen
do intereſſe, ſufficere debet, ueluti etiam fuit de men
te Alex. & doctorum cōmuniter in d. l. ſtipulationes
non diuiduntur. q. 8. & habetur per Pariſium in conſi.
110. lib. 1. nu. 32. & Alex. in conſi. 69. col. 1. lib. 4. ¶ Nō
obſtat id, quod ſecundo loco in contrarium diceba-
tur, arguendo de uenditore ad locatorem, quia argu-
mentum retorquetur, cum ſicut uenditor non habēs
facultatem tradendi præciſè non tenetur, ēt ſi iuratū
eſſet, ut ſupra, ita idem dicendum ſit de locatore, ſed
in caſu noſtro locatores facultatem rem aſſignandi,
& patientiam præſtandi non habent per prædicta, er-
go &c. & ſi diceretur, locatores fuiſſe in dolo, alienan
do, & ſic dolo deſijſſe habere facultatem rē aſſignan-
di, & patientiam præſtandi, & ideò dolus ſuus illis pa
trocinari non debet. c. ex literis. de dolo, & contuma.
& l. non fraudantur. in fi. ff. de regu. iur. ergo perinde
teneri debent, ac ſi facultatem rē aſſignandi, & patiē
16 tiam præſtandi haberent, reſpondetur, † ꝙ ex quo lo-
catoribus ex ꝯctu, & conuentione permiſſum fuit rē
uendere, & alienare, ſi damna, & intereſſe ſoluerent,
ut in inſtrumento locationis habetur, ipſi alienando
non dicuntur dolo feciſſe, nec fraudē cōmiſiſſe, quia
dolus, & fraus uolenti, & conſentienti non fit, neque
committitur. l. nemo uidetur. ff. de regu. iur. ¶ Nec
obſtat, ꝙ locatores ad pœnam tenentur, ex quo illū
alium fratrem ratificare non fecerunt, quia reſponde
tur primo, iudicem de hoc non poſſe cognoſcere, cū
hoc illi non fuerit commiſſum, & forma commiſſio-
nis ſeruāda eſt. c. cum dilecta. de reſcrip. Præterea di-
17 ci poteſt, † ꝙ ex quo factum alienum promiſerunt, ſo
lum fuerunt obligati facere, & curare, etiam non ob-
ſtante iuramento, alioquin ratione iuramenti quis
ad impoſſibile obligari diceretur, & maximè cum lo
catores ſæpe, ac ſæpius inſtanter, & inſtantiſſime in-
ſteterint, ꝙ ille alius frater deberet ratificare, ut is ſem
per denegauerit. Quare dicuntur excuſati ſaltem, &
non teneantur, niſi ad intereſſe, prout ipſi illud ſolue
re offerunt per ea, quæ ſcriben. uolunt in l. ſtipulatio
iſta. in princ. ff. de verb. oblig. & per Imolam in l. in-
ter ſtipulantem. in princ. ibique moder. ff. eodem tit.
de verb. oblig. ¶ Vltimo non refragatur, ꝙ locatores
cum iuramento promiſerint ſeruare, & adimplere
omnia, & ſingula in præſenti inſtrumento contenta
ſub pœna &c. ergo conductor, cui ſibi promiſſa non
18 ſunt adimpleta, poterit contra locatores agere, † cū
fuerit adiecta clauſula, ꝙ pœna cōmittatur, rato ma-
nente pacto, quæ clauſula operatur, ut is, qui contra-
uenit, teneatur & pœnam ſoluere, & ab eo promiſſa
etiam adimplere, ut per Imolam in c. potuit. de loca.
& argumento l. ſi quis maior. C. de tranſact. cum aliis.
Nam his reſpondetur, ꝙ locatores promiſerunt cum
iuramento non ſolum omnia generaliter, ſed etiam
ſingula ſeruare, & adimplere, & conſequenter ſi quid
fuit particulariter promiſſum, debet adimple[...]
19 † partes cōuenerunt particulariter, ꝙ locator[...]
debeant alienare, nec uendere rem ad præd[...]
locationis factæ, & in caſu, quo alienatio, n[...]
facta eſſet, non fuit conuentum, ꝙ locator[...]
patientiam præſtare teneantur, ſed ꝙ ad damn[...]
tereſſe, aliàs ad pęnam teneantur, ergo offer[...]
uelle ſoluere damna, & intereſſe contra[...]
plere dicuntur, quamuis alienatio fuerit [...]
præiudicialis, nam ꝙ tenerentur locatio[...]
plere, & ꝙ alienatio teneat, ſunt incōpati[...]
ſufficit, quòd locatores alterum adimpl[...]
cialiter in caſu alienationis fuerit proui[...]
intereſſe, & damna teneantur: & cōſequ[...]
ſequitur, ipſos nō teneri pręciſè ad factū, [...]
dam locationem, argumento d. l. ſtipulati[...]
uiduntur. & d. l. ſi quis ab alio. in fin. nam [...]
facta fuit promiſſio etiam iurata generalis [...]
cialis, tunc generalis in caſu ſpecialiter pro[...]
ſibi non uendicat, ſed in aliis, & ſpecialis in [...]
l. doli clauſula. ff. de verb. oblig. & l. ſanctio [...]
de pœnis. & quia generi per ſpeciem derog[...]
neri. de regulis iuris in 6. & c. 1. de reſcript [...]
teria. Et ita in prædictis concludendum eſſe [...]
exiſtimaui. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Penſiones nondum ſolutæ, ſi in tempore, quo prælatus [...]*
cus deceſſit, fructus, pro quibus penſiones ſoluuntur [...]
cepti eſſent, an hæredibus prælati, & clerici defuncti [...]
ſucceſſori in dignitate debeātur, et nu. 6. vbi hoc [...]
2 *Prælatus cenſetur eſſe vſufructuarius, & quando [...]*
do uſuarius, num. eod.
3 *Inſtrumentum exequutiuum ad inſtantiam eius, cu[...]*
reſt, exequutionem non meretur.
4 *Debitor ſi promittat ſoluere ſpecialiter Bononiæ, [...]*
riæ, & alibi ubique locorum, quomodo, & de [...]
clauſula, & alibi ubique locorum, intelligatur, [...]
vſque ad nume. 12. ubi hoc deciditur.
5 *Pactum prorogatiuum iuriſdictionis quorumcunque [...]*
ſuorum poteſt quis reuocare, & illius ſe pœnitere, [...]
quando hoc verum ſit. num. 13.
6 *Poſt mortem prælati, ſeu clerici quicquid de bonis, [...]*
bus eccleſiæ ſupereſt, aut reperitur, ſucceſſori [...]
betur, non autem hæredi.
7 *Prælatus in morte, immò, cū incipit infirmari, [...]*
8 *Canonicus de redditibus ſuæ præbendæ teſtari poteſt, [...]*
uſufructuario æquiparatur.
9 *Clericum ſimpliciter beneficiatum facere fructus ſuos, [...]*
fructibus intelligatur.
11 *Debitor, qui ultra promiſſionem de ſoluendo Bononiæ, [...]*
Ferrariæ, & ubique locorum, pacto expreſſo ſe ſ[...]
cit iuriſdictioni omnium, & quorumcunque iudicum [...]
compulſioni, coactioni, condemnationi, & aggra[...]
quibus uoluit, & conſenſit poſſe conueniri, ac realiter [...]
ſonaliter capi, & detineri, abſque dubio in quocunque [...]
diſſimili, & remotiori expreſſis conueniri, & capi [...]
12 *Forum quis ſortitur non ſolum ratione domicilij, [...]*
delicti, ſed etiam ratione rei, de qua agitur.
14 *Debitor ob timorem fugæ poteſt capi, & arreſtari, [...]*
ut ſaltem caueat, quando forum poſſet declinare, [...]
uocandi domum haberet.
15 *Repræſaliæ quando poſſint committi, & exerceri.*

EPITOME.

PENSIONES pro re eccleſiæ conducta, [...]
prælato locatore ante, quàm dies ſolutionis [...]
recollectis tamen fructibus, pro quibus ſolu[...]
ſucceſſori in prælatura, & dignitate, non autem [...]
dibus prælati defuncti ſolui debent.